

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Libri historiarum quatuor [Rerum Romanarum epitoma] a [Joanne] Cuspiniano castigati cum ind

Florus, Lucius Annaeus

Vienne, 1511

Bellvn ligvsticvm. Ti. III

[urn:nbn:de:bsz:31-270805](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270805)

LIBER
BELLVN LIGVSTICVM, TI. III.

P Eracto Punico bello/secuta est breuis sane & q̄si ad
recipiendū spiritum reges/argumentū que pacis/&
bona fide cessantū armorū : tunc primū post Nu-
mam clausa fuit porta Iani. sed statim ac sine mora
patuit: quippe iam Ligures. iā Insubres Galli : necnō & Illyrici
laceſſebant. Sic de subalpibus .i. de sub ipſis Italiae faucibus/gē-
tes: deo quodā aſidue incitant ne rubiginē ac ſitum arma ſen-
trent. deniq̄ ita quotidiani & quaſi domeſtici hoſtes tyrocina
militū inbuebāt: nec aliū utraq̄ gente q̄ſi cote q̄dā .P. Ro. ferrū
ſue uirtutis acuebat. Ligures imis alpiū lugis adherētes: inter
Varum & Macram flumen ipſicitos dumis ſilueſtribus /maior
aliq̄to labor erat inuenire q̄ uincere: Tutū locis & fuga Durū
atq̄ uelox genus ex occasione magis latrocinia q̄ bella faciebat.
Itaq̄ cū diu multumq̄ eluderēt Saly Deceates Oxybii : Eubu-
riates: incognitas tandem Fuluius latebras eorū ignibus ſepit.
Bebius in plana deduxit Poſthumius ita exarmauit ut uix re-
liquirit ferrum quo terra coleretur.

BELLVM GALLICVM, TI. III:

G Allis Insubribus & his accolis alpiū : animi ferarū
corpora pluſquā humana erāt. ſed experimento de-
preheſum eſt: q̄ppe ſicut primus impetus eis maior
q̄ uirorum eſt/ita ſequēs minor q̄ ſœminarū Alpi-
na corpora humētī cœlo educata habent q̄ddam ſimile niuib⁹
ſuis. q̄ mox ut caluere pugna: ſtatim in ſudorē eſt: & leui motu:
quaſi ſole laxant. Hi ſæpe & altas ſed Britomaro duce nō pri-
us ſoluturos ſe baltea : q̄ capitolii aſcendiſſent iurauerāt. factū
eſt: uictos. n. Emilius ī capitolio diſcixit. Mox Ariſtonico du-
ce uouere de noſtrum militū preda Marti ſuo torquē : intercepti
Iuppiter uotum : nam de torq̄bus eorum aureū trophœum Ioui
Flammīnus erexit. Viridomaro rege romana arma Vulcano
promiſerant: alioquin uota ceciderūt/ occiſo .n. rege Marcellus